heſter pro liberatiōe iudeorum Heſter quarto.

Daniel duos preſpiteros cōtra ſuſſanā venientes conuicit. Danielis. xiij

Itē viſiones nabuchdonoſor prudenter expoſuit. Danielis. ij. et. iij.

Iudas machabeꝰ prudēter ſe ſubtraxit quando nichanor eū dolo capere voluit. i. Machabe. vij.

Cōſtituta fuit dies in qua iudas cū nichanore loquebatur ipē autē iudas p̄cepit armatos eſſe i locis oportunis ſi forte aliquid mali operaret̄. ij. Machabeorū. xiij.

Cū iuſſiſſet tribunus paulum cedi flagellis reſpōdit paulus prudēter centurionem ſibi aſtanti ſi licet vobis hominem romanum indēpnem flagellare et diſcedebant qui eū torturi erant. Actuum. xxij.

Cū veſſet paulꝰ a grecia in ſiriā nauigare vt intelligerē ſibi a iudeis paratas inſidias prudenter declinauit et venit p macedoniā Actuū. xx

Itē nota de eiꝰ prudēcia. Actu. xxiij

Cū ſciret ꝙ iudei iurauerāt cibū ſe nō guſtaturos donec eū occiderēt ipſe fecit hoc prudenter tribuno nūciari qui eum de nocte ad felicem preſidem cum armatis tranſmiſit et plura alia Nota ibidē cum feſtus p̄ſes vellet paulum econtra in iheruſalem reducere ſciens paulus eorum maliciam diſcrete et prudenter ad ceſarem appellauit. Actuū. xxv.

De pueris bone indolis.

Iſaac nec cōtradixiſſe nec murmuraſſe legitur qn̄ pater voluit eū ymmolare et occidere Geneſis viceſimoſecundo

Ioſeph ꝗ fratres ſuos apud patrē ſuū de crimine peſſimo accuſauit iō eū vēdiderūt p quod patet ꝙ mūdꝰ erat et peccatū eorū deteſtabat̄ patri vero volenti eum ad fratres mittere ait preſto ſū Geneſis triceſimo ſeptimo.

Samuel puer bonꝰ miniſtrabat i conſpectu dei. i. Regum. iij.

Dauid puer peritꝰ et humilis erat quādo in regē vnctus eſt primo Regū. xvi.

Ioas filiꝰ ioram regis iuda puer ſeptem annorum quando regnare cepit fecit quod bonum erat cunctis diebꝰ ioiade ſacerdotis quarto. Regum duodecimo Poſt mortem autē ioiade conuertit ſe ad malū

Octo annorū erat ioſias cū regnare cepiſſz fecitꝙ qđ placitū erat corā domino. iiij. Regū. xxij.

Thobias cum eſſet iunior omnibus in tribu neptalim nichil tamē puerile geſſit in opere Thobie. i.

Preterea cum filiū genuiſſet eum timere deum docuit ab infancia ab omni peccato. Thobie. i.

Daniel et ſocij eius ſine magiſtro et doctore legem dei ſeruantes ſobrie pie et iuſte inter prauos gentiles vixerūt. Danielis. i.

Septē filij matris ad mirabilē ſapientiam in reſponſionibus mundiciam in moribus pacienciā i aduerſitatibus habuerunt ſecundo. Machabeorum. vij.

Iohannes baptiſta puer creſcebat et confortabatur ſpiritu ſancto et ſancte et mūde ſemper vixit Luce ſecundo

Puer iheſus humilis et ſapiens ſubditꝰ parentibꝰ erat Luce. ij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf